

www.e-rara.ch

... De renum calculo paraskeuē iatrikē

Wilhelm, Peter

Basileae, 1596

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-8037>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

89.
ὑγείας καὶ πανανθείας
Summo parent. propitio

Hanc

DE RENVM CALCULO

Ἐγκρίτως ἰατρικῶς

GRATIOSISS. MED. BAS. ORD.
Decreto & auctoritate

MEDICAE LAVREAE GRATIA
publica disputatione
propugnaturus

Asclepiadeos milites

ad

Velitationem Academicam
in audit. Medic.

a. d. XII. Octobr.
amicè invitat

PETRVS WILHELM
SVVIDNICIENSIS
SILESIVS.

Basileæ, Typis Conradi Waldkirchij.
c1o 1o xcvi.



PATRIAE MEAE

Quæ omnes omniū Charitates una cōplexa est,
& in ea
Vobis potissimū

AMPLISS. PRUDENTISS. Q. VIRIS
D.D. CONSVLIB. AC SENATORIB.

Pat. Patr.

THESES HASCE MEAS INAUGVRAL.

Munus per se hant magnum:

Grate tamen observant:

Symbolum,

Quando majōra, hoc quidem tēpore, nō possum,

cum Sineta

L. M.

Offero, consacro, dedico

Petrus Wilhelm. S.
auctor.





DE RENVM CALCULO.

THESIS PRIMA.

R T S I cotidiana experientia testetur, in omnibus
ferè corporis nostri partibus, in quibus succorum
crassities cum calore jungitur; calculos procrea-
ri: frequentior tamen illorum generatio in re-
nibus & vesica esse solet. Gal. lib. 3. de alim. facult. cap. 16. Mes.
cap. 2. de oppilat. renum & vesica.

II.

Et id quidem eà de causâ, quod citius ibi materia idonea
existat & calore sic coquatur, ut tenuioribus partibus resolu-
tis, reliquia commodius cogi & indurari possint. Hippocr. lib.
de aëre, aq. & loc.

III.

Cum autem de utriusq; partis affectu simul agere non pos-
simus, relicto vesicæ calculo, de renum lapide, ξωθεω, pau-
cis differere placet.

IV.

Definitur calculus renum, quod sit substantia in renibus
contenta, & ex crassis & viscosis humoribus renum calore
exsiccatis producta, cum impetu saepe conterendo renes, do-
lorem inferens, vel obstructione missionem impediendo, actio-
nem ledens.

V.

Fiunt autem calculi in renibus ex materia viscosa, crassa,
lenta Gal. lib. 6. Epid. com. 1. text. 6. γίνονται ἐξ ὕλης παχέας
καὶ γλίχρης πάντως. 14. meth. c. 4. 3. aphor. 26. 31. lib. de ren.
affect. cognosc. c. 2. Trallian. lib. 9 c. 4.

VI.

Magna sunt disputationes de causâ efficiente: multi ex duabus causis, partim à calore partim à frigore lapides in nostro corpore fieri statuunt, ut in rinulis & canalibus atq. aneis vasis coagulari videmus, sicut ex 4. Meteor. Aristotelis c. 6. 7. 8. liquet, ubi ait: τῶν σωμάτων ὅσα πηγνύται ἢ σκληρύνεται πρὸς μὴν ὑποθερμῶς πάσχει τὰ πρὸς τὸ ὑπερθερμῶς. τὰ δ' ὑποψυχρῶς. τὰ μὴ τῶν θερμῶς ξηραίνονται & τὸ ὑπερθερμῶς, τὰ δ' ὑποψυχρῶς ἐκθλίβονται & τὸ θερμῶν.

VII.

At nos cum veteribus Medicis affirmamus, quod in nobis frigus lapidem non pariat. Neg. enim fieri potest, ut vivo corpori tantum frigus accidat, quo lapis in homine concreescere valeat, quemadmodum fieri in externis videmus. Galen. de compos. med. per gen. lib. 7. cap. 9. Item de ren. aff. cogn. Trall. lib. 9. cap. 4.

IIX.

Si crassa est materia, sufficere potest tepida & moderata caliditas: si tenuior, vehementiori tum plane indigebit calore. Hippoc. lib. de aëre. Gal. loc. cit.

IX.

Causa procatartica est cruditas, & illa ante se habet alias causas, imbecillitatem ventriculi & hepatis atq. victum inordinatum Gal. 5. de sanit. tuend. c. 6.

X.

Causa sine qua non, est expultricis facultatis renum debilitas, ex qua contingit ut hereant in renibus humores viscosi, qui una cum sero illabuntur, & ibidem sensim densantur. 6. Epid. com. 1. text. 6.

XI.

Minimè etiam dubitamus renibus quandam hereditariam gignendorum calculorum inesse proprietatem, quam quisquis à parentibus contraxerit, vix ulla ratione calculi tormenta effugiet. Fernel. lib. 6. de part. morb. & sympt. c. 12.

Ad

XII.

Ad signa nunc veniendum est, quibus renum calculi dignoscuntur. Sunt autem *DIAGNOSTICA* signa, alia calculi fientis, alia jam facti.

XIII.

Fientis calculi signum est: si urina, quæ prius crassa turbidaque esse solebat, subinde fit tenuior. Aët. *tetrabibl.* 3. *serm.* 3. c. 4. *Avicen.* lib. 3. *fen.* 18. *tract.* 2. c. 17.

XIV.

Signa facti calculi sunt duplicia: quædam à dolore colico cognato affectu distinguunt: quædam calculum ipsum renum vel in renibus consistere vel moveri per ureteres significant.

XV.

Nephriticum dolorem à colica distinguuntia, tantò nobis diligentius persequenda, quantò in cognatis propter doloris similitudinem affectibus distinguendis facilius est labi, ut *Gal.* 2. de loc. affect. s. 6. se deceptum fuisse in se ipso pronunciat.

XVI.

A tribus potissimum fontibus signa hæc distinctiva sumuntur: à dolore, à juvantibus, & ledentibus & ab excrementis.

XVII.

Dolore ergò hi duo affectus discernuntur, qui in Nephritide minor est, unam partem, regionem scilicet renum, molestas: in colica major plures partes secundum coli intestini ductum occupans, modò supra, modò infra renes.

XIX.

Deinde à juvantibus & ledentibus. Clysteres enim in utraque affectu licet juvent: in colico tamen magis in nephritico minus. Nam etsi accedit aliquid emolimenti; tamen malum recrudesceat, nec sopitur prius, quàm caussa in renibus subsistens devicta sit: præterea in renali maximè diuretica & laxantia conveniunt, quæ in colico ne minimum quidem profunt.

XIX.

Denique ab excrementis mutatis, quæ in Nephritide sunt molliora, in colicâ verò sunt arida, dura velut σκῆλα.

XX.

Propria calculi ejusq; adhuc in renibus hærentis indicia sunt: si dolorem in renum affectu existentem fixumq; sequatur urina sabulosa: deinde si à medicamento diuretico, aut quod lapidem conterere potest, sequatur arenosa mictio: præterea si in ejusmodi cruciatibus aliquid sanguinis cum urinâ excernatur. Deniq; si dolor fixus hæret in renibus instar paxilli perforatis & ex adverso testiculus dolore afficitur & stupor occupat crus è directo oppositum.

XXI.

INDICATIONES. Cû indicationes in curatione ritè instituendâ idè cōmodi Medicopræbeāt, quod nautis cynosura in dirigendis navibus, de ijs brevibus ut agamus, ordo requirit.

XXII.

Si in fieri adhuc est calculus, indicationes de sumimus à materiâ ex quâ & causâ generante illam materiâ atq; à causâ generante calculum.

XXIII.

Quare si crassus & lentus humor adest, incidendus, post evacuandus & derivandus à renibus atq; idem de quavis materiâ ex quâ statuendum.

XXIV.

Si imbecillus fuerit ventriculus aut frigidior, oritur indicatio calefacientibus utendi: si hepar calidius, refrigerandū: si ab externo aliquo cibo aut potu, hæc vitanda sunt.

XXV.

Quid verò agendum causâ calculi jam geniti, Hippocr. 6. Epid. com. 1. part. 6. miro artificio cōplexus est hoc aphorismo: Quiescere non conducit sed exerceri, non repleri, juvenes veratro purgare, poplite incidere, urinam cientibus movere, attenuare & mollire.

XXVI.

SIGNA PROGNOSTICA. Invento per Indicationes actionis exordio, (3. meth. 1.) sequitur ut prius de prognostico agamus.

XXVII.

Viris etate provectis magis eveniunt renum calculi; at puerilem etatem frequentius vesicae calculorum concretio propter urine in vesica crassitiem, vexat. Gal. com. 1. Epid. 6. text. 5. & com. 3. Epid. 6. text. 15.

XXIX.

Affectus calculosi qui circa renes consistunt, in senibus oerosè & difficillimè sanantur 6. aphor. 6.

XXIX.

Calculi rotundi leves, parvi facilius, majores vel aliter formati & valde asperi, difficulter excernuntur. De renum affect. cognosc.

XXX.

Rarius hoc malo molestantur, qui solutam alvum habent frequenterq; vomunt.

XXXI.

Facilius renum calculus comminuitur quàm vesicae propter loci distantiam duriciemq;, quam in illis locis lapis induere solet.

XXXII.

Qui parentibus calculosis nati sunt, ij hereditario ferè semper ejusmodi affectu corripuntur.

XXXIII.

GRATIO. Nunc ut illa addamus, quorum gratia superiora omnia premissa sunt, de triplici noto curationis instrumento agendum. Et primò omnium eorum quae instantè morbum declinant (ᾠφυλακτικὰ à Græcis dicta) & dispositis ad morbum corporibus consulunt, habenda est ratio.

XXXIV.

Ne igitur calculus in renibus generetur, acurata victus ra-

tio seruanda est, & cibus boni succi utendū atq; exercitia moderata instituenda sunt Gal. com. 1. lib. 6. Hippoc. text. 6.

XXXV.

Cibus sit jus pulli vel gallinarum cum ciceribus, ptisane cre mor, caro contusa gallinarum pallorum. 6. de sanit. tuend. c. 11. libro de ren. affect. dignosc.

XXXVI.

Inprimis danda opera, ne nimio cibo ventriculus gravatus, officio suo minus rectè functus, cruditates generandocalculo aut augendo saltem, materiam congerat.

XXXVII.

Caseus & lac quæq; inde fiunt obsonia, vinum atrum, caro bubula, porcina, cervina, ova dura, & brevib. multa ut complectar: cuncta quæ crassum generant succum, quæq; calide admodum sunt potestatis & acria, salsa & aromatica & id genus alia, cane pejus & angue vitanda sunt. lib. 3. de alim. facult. c. 16. 13. meth. 10. Aegin. lib. 3. c. 45.

XXXIX.

Potus sit vinum tenue admodum & album non valdè vetus, in quo sit aliquid coctū lapidem conterēs, videlicet de betonica aut saxifragiâ, de pulvere ex cortice radicis ononis seu restæ bovis, aut etiam aliquid spica nardi inijciatur. 5. de sanit. tuend. c. 5.

XXXIX.

CHIRURGIA. Si sanguis peccet vena secanda: sed calculo jam factō vires, quæ in malo diuturno cum dolore conjuncto languida sunt, sanguinem eā quantitate quā peccat, mitti prohibent.

XL.

Dum calculus à renibus in vesicam ferri debet, cucurbitula magna absq; scarificatione paulatim versus inguina secundum ductum ureterum obliquè applicanda est. Sed hoc non est tentandum; nisi prius corpus totum prius sit evacuatum

tum & partes illa per medicamenta laxantia sint emollita.
Gal. lib. 13. meth. 19.

XL I.

PHARMACIA. Si lapis jam generatus est in renibus prius quam medicamenta lapidem comminuentia exhibeantur, corpus purgandum est. Hoc neglecto humores circumjacentes cum medicamentis diureticis ad partes affectas deferentur.

XL II.

Commodissime autem id fieri potest clysteribus, cum subito onere inutili intestina renesq; relevent & gravitatem doloris mitigent: Sed parva sit quantitas eorum quæ injiciuntur, ne copia renes comprimant.

XL III.

Parari potest clyster ex decocto malva, viol. rad. alth. sem. anisi, fenic. Carui, flor. chamom. melil. aneth, ex ficibus pinguibus, bened. laxat. ol. aneth. chamom. scorp. butyr. rec. ol. amygd. d. cass. fistul.

XL IV.

Suppositoria magnum usum habere experientia docet, & sæpe plus efficitur his quàm alijs medicamentis.

XL V.

Vomitorium medicamentum si indicatio requirit, non est negligendum. Eos autem imprimis, qui inordinatè vivunt & succum crudum in superiori ventriculo multum colligunt à cænâ frequenter vomere facito, nisi sit quamobrem intermittant.

XL VI.

Ad relaxandos meatus urinarios jussula carniū sæpe sumantur, in quibus althea, malva, betonica, butyrum incoquantur. Præterea succus & liquor & lacruma ex betula, nec non & resina & terebinthina & larigna, quibus coctis & destillatis uti possumus.

XLVII.

Calculus pellendus frangentibus lapidem & urinam cietibus, videlicet extenuantibus & incidentibus citra magnum calorem, ut rad. asparag. petrosel. gram. alth. scolym. enule asari, quinquefolij, raph. beton. sem. paliuri, geniste, milij solis. Item ocul. cancrorum.

XLIX.

Præterea incidunt lapidem ea medicamenta, quæ tenuium sunt partium, acida tamen & multo humore abundantia, ut succus limonum, oxalidis, adiantū, asplenium, urtica, amygd. amar. nuclei cerasor. persicorum, &c.

XLIX.

*Quod si præter modum calidi sunt renes, eorum caliditas & assumptis & admotis temperari potest. Inter admotamul-
tū prodesse aliqui affirmant, si æger tenuē plumbi laminam
lumbis atq; renibus impositam geslet.*

L.

Inunctiones quoq; ex ol. amygd. dulc. chamom. viol. & alijs plurimum prosunt.

LI.

Præterea fomentatio, si opus est, non est negligenda, quæ fit eum aquâ, in qua sol. alth. furfur. chamom. sem. anisi, senic. carui sint cocta.

LII.

*Sacculi ex farinâ frumentaceâ, decocto chamom. alth. ser-
tula camp. & ol. cham. etiam admoveantur: sed ita tamen,
ut frequentius mutantur.*

LIII.

*Omniū optimum est balneū aquæ dulcis cum herbis diu-
reticis, quod sæpius de die est iterandum, & in eo decoctum
cardui cum apio aut aniso bibendum, aut si calculi excretio
non successerit, etiam decocto radic. quinquefolij utendum.
Trall. lib. 9. cap. 4. Autor libri de affectib. renum dignosc. ante
reliquam*

reliquam curationē propter immanitatem doloris, balneum,
alvo tamen prius exoneratā, admittit.

L I V.

Si dolor permaneat & calculus non excernatur, ad valen-
tiora medicamenta est accedendum, ut est lapis Iudaicus, san-
guis hircinus & alia quæ apud Præcticos videre licet.

L V.

Quod si dolor omninò non cessaverit, & ager de vita peri-
clitetur, ad stupefaciētia accedendum est, in quibus Medicum
cautum esse oportet.

L V I.

Veteres nonnulla habent, quæ calculos jam factos præter
opinionem abstergere promittant & tandem non amplius gi-
gni concedant. Sed illorū proprietates non omnes qui ad Me-
dicinæ sacraria accesserunt (licet sint argutissimi) assequen-
tur: ijs tamen aliquid concedendum, qui semper agris astant
& naturæ motus explorant.

L V I I.

Ex ijs autem quæ maximo adminiculo esse solent, inter a-
lia censetur passer troglodytes crematus & in cinerem reda-
ctus: Item leporina pellis combusta & id genus alia. Gal. lib. 10.
de comp. med. f. loc. c. 1. Aegin. lib. 3. c. 45.

L I I X.

Sæpe necessitate urgente etiam venenata exhibentur, ut
cinis cantharidum, &c. quo frequēter usus est Hippocr. cum
radicib. & herbis lapidem frangentibus, ut patet ex lib. de in-
intern. affect. & lib. de nat. mulieb. Atq. hæc medicamēta pau-
cis attigisse & è suis generibus proposuisse sat esse puto: Reli-
qua ex antidotar ijs simplicium & compositorum peti & ab
eo, qui methodi tum Indicationum, tum compositionis medi-
camentorum gnarus est, cum usus requirit, ex tempore com-
poni & in recto utendi modo præscribi possunt.

Μόνω σφῶ Θεῶ Διὰ Ἰησὺ Χριστῶ
ἡ δόξα εἰς τὸ αἰῶνας ἀμὲν.

the first of these is the fact that the
the second is the fact that the

III

the third is the fact that the
the fourth is the fact that the

IV

the fifth is the fact that the
the sixth is the fact that the

V

the seventh is the fact that the
the eighth is the fact that the

VI

the ninth is the fact that the
the tenth is the fact that the

VII

the eleventh is the fact that the
the twelfth is the fact that the

VIII

the thirteenth is the fact that the
the fourteenth is the fact that the

IX

the fifteenth is the fact that the
the sixteenth is the fact that the

X

the seventeenth is the fact that the
the eighteenth is the fact that the

XI

the nineteenth is the fact that the
the twentieth is the fact that the

XII